

1. Cor. 10. Supra quam pedes nostros statuit quādo nos sibi per passiones huius temporis configurat. Felix per omnia a, cuius inunguntur pedes in sanguine pedum domini. Videns semper ingressus Dei sui, regis sui, qui est in sancto, videbit tandem foelicus in plenitudine gaudiorum, coniunctus principibus salientibus in medio iuencularum tympanistrarum, eisdem pedes non iam fluentes sanguine, sed super solem, & astra in gloria rutilantes. Quo nos introducat ab omni defectu liberatos ipse dominus noster Iesus Christus cum patre, & spiritu sancto in secula benedictus. Amen.

DOMINICA MISERICORDIA DOMINI. Sermo I.
in ordine. XL.

De boni
pastoris
forma.

BONVS pastor animam suam ponit pro ouibus suis Ioan. 10.
Pisissimus pastor dominus noster Iesus Christus oues quas lupus rapax ab initio disperferat, quas etiam hi qui per otium, quod ipse est, non intrant, seduxerant, ut requireret, ipse venire dignatus est. Fecit plene quod per Ezechielem promiserat, dicens. Ego ipse requiram oues meas, & visitabo illas sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Eiusdem. 34. Venit in qua per mysterium incarnationis, quaeruit per doctrinam veritatis, ac labore sanctissimae conversationis, & ut reduceret animam suam posuit, ut denique perfectè saluaret, quam posuit animam, resupsit. Posuit moriendo, resumpsit resurgendo: Sicut enim nasci nihil profuisset, nisi morti dignatus fuisset, ita nec mori nobis satis fuisset, nisi & resurrexisset. Moriendo siquidem mortem destruxit, resurgendo autem vitam reparauit. Hinc apostolus 1. Cor. 15. ait. Si Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra inanis est & fides nostra. Verumtamen quia resumere animam non est datum nisi illi, qui impet-

rium habet mortis, & vitae, pastoribus quoque bonis formam, cui imprimantur in praesenti euangelio ostendit, ut vult Greg. Ideo de resurrectione animae obtruncuit, cum boni pastoris exemplar, quod imitentur, demonstrauit. Hoc quoque, et teris sufficere docuit pastoribus, si pro ouibus suis animam suam parati sint ponere, cum dixit discipulis. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Pro gratia Aue Ma. Primum euangelium recitabitur. Secundum ex eo exhortatio quaedam, & pastorum, & populi elicitur. Quantum ad primum ait dominus. Ego sum pastor bonus &c.

Quo ad secundum, in euangelio isto & pericula pastorum, & eruditionem ouium domini complectitur. Nam quomodo pastores à mercenariis, quomodo etiam oues pro propria ab alienis non vitioque ouibus, sed haedis, sed lupis discernantur ostendit. Secundum alii referuabunt tēpori. De primo modicum nunc audiamus. Verum cum pastores auditis, vos ipsos considerate. Nam omnes vos pastores estis, curam suscepistis, estis non plurium populorum, tamen suorum domesticorum. An non apostolus ait: Si quis suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est in fidei deterior 1. Tim. 5. Mandauit vnicuique dominus de proximo suo. Eccle. 17. saltem animam quilibet à domino pascendam suscipit, ut dicitur Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui &ceter. Nec ideo non pastor est, quia paucorum, aut vnus tantum curam gerit, certe pro hoc vno commisso one seipso scilicet ratio exigeret tantò districtior, quanto minus in aliorum cura occupatur, sicut de monacho, qui dum sui ipsius tantum cultus est, si se neglexerit, quantum ad hoc districtius iudicabitur, quam si etiam aliorum curam in hoc seculo habuisset. Non enim potest humana infirmitas aequa diligentia multis sicut paucis intendere. Nominatur itaque in euangelio pastor, nominatur, & mercenarius, pastor in bono, mercenarius in malo, ut vult Aug. super Io. homil.